RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Friedrich Benjamin Gautzsch

Specimen Exercitationvm Grammaticarvm Ad Illvstrandvm N. T. E Versione LXX Interpretvm

[1]

Bremae: Foerster, 1778

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824081765

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

I.C-3545.
I.C-3545.1-8.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824081765/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824081765/phys_0003
DFG

SPECIMEN EXERCITATIONVM GRAMMATICARVM

AD ILLVSTRANDVM N. T.

E VERSIONE

LXX INTERPRETVM

AVCTORE

D. FR. BENI. GAVTZSCHIO

Superint. et Paſt.

BREMAE,

IMPENSIS G. L. FOERSTERI.

1778.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824081765/phys_0005

DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824081765/phys_0006
DFG

VERSIO LXX INTERPRETVM ILLVSTRAT N. T.

Nemo negat, versionem LXX interpretum ad illustrandum N. T. esse aptissimam. Qua, vt recte vtamur, necesse est, e variis lectionibus optimam, eamque, quae ab interpretibus ipsis profecta sit, eligere. Varias hinc editiones earum, nominatim Hispanicam, Romanam, Aldi et Grabii, conferre *) inter se praestat, et ope sanioris Critices discutere, vtra lectio alteram vincat. Magnae, fateor hoc lubentissime, magnae molis est, veram aut, si mauis, veri

*) Fecit id Hornemannus in Specimine secundo exercitationum criticarum e versione LXX interpretum e Philone. Hafniae 1776. 8.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824081765/phys_0007
DFG

similem lectionem LXX interpretum eruere. Saepe fateamur necesse est non liquere, quomodo interpretati sint hi LXX viri. Taceo, huc vsque latuisse Danielem a LXX interpretibus translatum, et in eius locum esse suffectum Theodotionem, gratissimumque nobis facere, qui iam e tenebris eruant LXX interpretum Danielem. Difficultates hae veram maximamque vtilitatem huius translationis etsi minuant, non plane tamen tollunt. Viderunt hoc doctissimi viri, Bengelius, Grotius, Crusius, C.F. Schmidius aliique, qui N. T. e septuaginta interpretibus illustrarunt. Schoettgenius, vt hoc vtar, eiusque socius Krebsius N. T. graecum cum versione graeca V. T. contulerunt variisque vocibus obscuris lumen accenderunt. Exspectamus adhuc largiorem messem ab eo, qui, Fischero autore, omnia omnino vocabula N. T. cum hac versione omnibusque omnino interpretibus graecis V. T. confert. Qui in hoc genere aliquid videt, probe perspicit, versionem LXX interpretum et critico

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824081765/phys_0008
DFG

tico et interpreti maximo vsui esse. Tantum abest, vt auctores graecae translationis V. T. aequiparem viris, qui afflatu diuino moti sacras litteras conscripserunt, vt, qui hunc errorem spargant, iniurios esse in prophetas et apostolos largiar. At enimuero testes esse verae lectionis prophetarum, eosque non contemnendos, audacter assero. Testimonium eorum eo maius habet pondus, quo certius est, illud esse antiquissimum. Qui alexandrinum codicem, vt hoc vtar, fatetur praesidium inueniendae verae lectionis N. T. firmissimum esse ob antiquitatem testis, hic versionem graecam V. T. ob antiquitatem magni aestimabit pretii, adeoque eam veram lectionem nobis ostendere fatebitur. Accedit ad antiquitatem auctoritas apostolorum, qui probant dogmata e V. T. et verbis LXX interpretum vtuntur; e quo perspicitur, lectionem graecam cum ebraica consentire. Nihilo minus, quod eruditissimi viri dudum monuerunt, magna est opus cautione, si e translatione graeca veram

lectionem comprobare velimus. Nam vocales et accentus negligunt, quod vno ore omnes Critici fatentur, et res ipsa docet. Negligunt etiam litteras ipsas siue consonantes, vt Prou. 13, 17. βασιλεὺς θρασὺς πεσεῖται εἰς κακά, vbi loco מלאך legerunt מלך. Ne nimis iusto iis tribuat criticus, testem vnum componat cum pluribus. Si codices aliaeque versiones contradicant LXX interpretibus, deserenda est eorum lectio. Nam facilius est fallere hunc vnum testem, quam in fraudem conspirare reliquos omnes. Ea via procedimus in diiudicandis lectionibus N. T.: vnum testem quamlibet antiquissimum deserimus, si testimonium eius vincatur testimonio plurium codicum antiquissimorum. Fortuitus enim consensus plurium testium idem affirmantium non praesumitur. Saepe LXX interpretes legunt, quod plane non in ebraico textu est, vt e sexcentis exemplis patet et e Trommii concordantiis graecis obuium est. Grammaticum vsum versionis LXX interpretum nemo in dubium vocat.

Vsum

Vsum, loquendi confirmare significationem vocis, omnes confitentur. Vti Demosthenem e Demosthene, oratorem graecum ex alio, historicum graecum ex historico, vti classicum auctorem latinum aureae aetatis ex alio eiusdem aetatis, N. T. e N. T. iure nostro interpretamur: sic N. T. e graeca versione, quae vocibus eandem vim tribuit, quam N. T. Operae ergo pretium est, hanc versionem cum N. T. componere, adeoque e parallelismo demonstrare, lexicographos significationem vocum N. T. non fortuito, sed iure suo tribuere, si quam tribuant. Placet Trommii ordinem adeoque seriem literarum sequi, et quae voces V. T. graecae versionis N. T. illustrent, exemplis selectis ostendere.

A.

Ἁγιάζω, 1. sanctum esse cognosco, celebro, colo. Matth. 6, 9. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Sanctus agnoscaris et colaris. Sic Ies. 8, 13. Κύριον αὐτὸν ἁγιά-

σατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σε Φόβος· Deum ſanctum cognoſcite, colite. Cultum diuinum verum duabus phraſibus, eandem vim habentibus, propheta commendat ſuis. Cap. 29, 23. Ἀλλ' ὅταν ἴδωσι τὰ τέκνα αὐτῶν τὰ ἔργα μου, δι' ἐμὲ ἁγιάσουσι τὸ ὄνομά μου· καὶ ἁγιάσουσι τὸν ἅγιον Ἰακὼβ, καὶ τὸν Θεὸν τῦ Ἰσραὴλ φοβηθήσονται. Leu. 22, 32. Καὶ φυλάξετε τὰς ἐντολάς μου, καὶ ποιήσετε αὐτὰς, καὶ ὁ βεβηλώσετε τὸ ὄνομα τῦ ἁγίου, καὶ ἁγιαθήσομαι ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· vt ſanctus agnoſcar, colar inter Iſraelitas. Ez. 20, 41. Καὶ ἁγιαθήσομαι ἐν ὑμῖν κατ' ὀφθαλμοὺς τῶν λαῶν· inter vos ſanctus agnoſcar, colar. C. 28, 22. καὶ ἁγιαθήσομαι ἐν σοί. vt ſanctus tui cauſſa agnoſcar et colar. v. 25. καὶ ἁγιαθήσομαι ἐν αὐτοῖς. C. 38, 16. ἐν τῷ ἁγιαθῆναί με ἐν σοὶ ἐνώπιον αὐτῶν. v. 23. καὶ μεγαλυνθήσομαι, καὶ ἁγιαθήσομαι, καὶ ἐνδοξαθήσομαι, καὶ γνωθήσομαι ἐναντίον ἐθνῶν πολλῶν, καὶ γνώσονται ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος.

2. Signi-

2. Significatio huius verbi est, vt notet: aliquid in eximium vsum secernere, a communi et profano vsu segregare. Matth. 23, 17. ὁ ναὸς ἁγιάζει χρυσόν· aurum, quia in templo est, est res sacra. Sic sexcenties in V. T. vt Ex. 19, 22. Ἱερεῖς κυρίῳ τῷ Θεῷ ἁγιασθήτωσαν· Sacerdotes Deo sacri sint. C. 20, 8. μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων ἁγιάζειν αὐτήν. C. 29, 1. ἁγιάσεις αὐτὰς ὥστε ἱερατεύειν μοι. C. 29, 44. καὶ ἁγιάσω τὴν σκηνὴν τὴν μαρτυρίᾳ, καὶ Ἀαρὼν ἁγιάσω ἱερατεύειν μοι. Hinc ἡγιασμένοι sunt Christiani a coetu profanorum segregati Act. 20, 32. 26, 18.

3. Ad rem aliquam singularem ordino et constituo: Exod. 19, 23. ἀφόρισαι τὸ ὄρος καὶ ἁγίασαι αὐτό. Sic Io. 10, 36. C. 17, 19.

4. Pacifico: Ebr. 9, 13. τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθα-

 ρότητα.

ρότητα. Sic 2 Reg. 11, 4. καὶ αὐτὴ ἁγιαζομένη ἀπὸ ἀκαθαρσίας.

Ἅγιος, 1. sanctus, essentialiter et originaliter, qualis sanctitas soli Deo competit. Hinc Marc. 1, 24. οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ. Iesa. 6, 3. καὶ ἔλεγον, ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. C. 10, 20. ἀλλὰ ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ τῇ ἀληθείᾳ. 1 Reg. 2, 2.

2. Sanctus, deriuatiue. Personae sunt sanctae, quae per Sp. S. post conuersionem et iustificationem sanctificatae sunt. 1 Pet. 1, 15. κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον καὶ αὐτοὶ ἅγιοι γενήθητε. Sic Leu. 11, 44. καὶ ἁγιασθήσεσθε καὶ ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἅγιός εἰμι, ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. v. 45. καὶ ἔσεσθε ἅγιοι, ὅτι ἅγιος ἐγώ εἰμι. C. 19, 2. 20, 7. 26. Ps. 33, 9. Φοβήθητε τὸν κύριον πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ. Hinc Christiani κατ' ἐξοχὴν dicuntur ἅγιοι Rom. 1, 7. κλητοῖς ἁγίοις· Rom. 12, 13.

Res

Res sunt sanctae, vt loca: 2 Pet. 1, 18. Sic Ex. 29, 31. ἐν τόπῳ ἁγίῳ. Leu. 10, 13. καὶ φάγεσθε αὐτὰ ἐν τόπῳ ἁγίῳ. Vt verbum Dei γραφαὶ ἁγίαι Rom. 1, 2. Sic Iob. 6, 10. ἃ γὰρ ἐψευσάμην ῥήματα ἅγια θεῦ μου.

3. Inuiolabilis: 1 Cor. 3, 17. ὁ γὰρ ναὸς θεῦ ἅγιός ἐστι. Sic Pf. 64, 5. ἅγιος ὁ ναός σου.

Ἀδόκιμος, reiectaneus: Prou. 25, 4. τύπτε ἀδόκιμον ἀργύριον, καὶ καθαριεῖται καθαρὸν ἅπαν. Sic non probatus, reiectaneus, adulterinus est Paulo ἀδόκιμος 1 Cor. 9, 27. μήπως αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· ne forte ipse reiectaneus fiam. Sic γῆ ἀδόκιμος est terra non apta sc. frugibus proferendis Ebr. 6, 8.

Αἴνιγμα, aenigma, obscurus sermo: Num. 12, 8. λαλήσω ἐν εἴδει καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων. 3 Reg. 10, 1. καὶ ἦλθε πειράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι. Haec phrasis illustrat 1 Cor. 13, 12. βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσω-

πρόσωπον. Notandum est, ἐν αἰνίγματι Paulo esse αἰνιγματικῶς, obscure.

Ἀιὼν aeternitatem notare, docent effata sequentia: Es. 28, 28. ὰ γὰρ εἰς τὸν αἰῶνα ἐγὼ ὑμῖν ὀργισθήσομαι. Ier. 50, 39. μὴ κατοικηθῇ ἀκέτι εἰς τὸν αἰῶνα. Deut. 32, 40. ζῶ ἐγὼ εἰς τὸν αἰῶνα. Iud. 2, 1. ὰ διασκεδάσω τὴν διαθήκην εἰς τὸν αἰῶνα. 2 Par. 5, 13. ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτῦ. Ps. 9, 7. καὶ ὁ κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει. Ps. 105, 1—26. ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτῦ. Hinc iure nostro deserimus eos, qui finem poenarum post mortem, quae damnatis infligentur, asserunt, quia Ap. 20, 10. haec verba legimus: καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτὰς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τῦ πυρὸς καὶ θείᾳ, ὅπᾳ καὶ τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης· καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ap. 14, 11. καὶ ὁ καπνὸς τῦ βασανισμῦ αὐτῶν εἰς αἰῶνας αἰώνων ἀναβαίνει· καὶ ὰκ ἔχσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, οἱ προσκυ-

προσκυνῶντες τῷ θηρίῳ, καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. Ex eo cogitur, paronymon vocabulum αἰώνιος eiusdem esse potestatis, finemque poenarum damnatorum negare codicem sacrum, qui damnatis ignem αἰώνιον minetur. Quod fit Matth. 25, 41. vbi Seruator ait: τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων· Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Idem asserit v. 46. καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Consentiunt cum his dictis verba Pauli 2 Thess. 1, 9. οἵτινες δίκην τίσουσιν ὄλεθρον αἰώνιον.

Ἀκοὴ est praedicatio verbi diuini: Es. 52, 7. ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης. Iesaias ἀκοὴν εἰρήνης nominat praedicationem verbi diuini, quae viam ad salutem nobis offendit. C. 53, 1. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; quis credit praedicationi verbi diuini? Hab. 3, 2. κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου. Illustratur his dictis effa-

tum

tum Rom. 10, 17. πίστις ἐξ ἀκοῆς· Fides est e praedicatione.

Ακόω est obedio: 2 Par. 24, 19. καὶ διεμαρτύρετο αὐτοῖς, καὶ ὐκ ἤκουσαν. Es. 48, 18. εἰ ἤκουσας τῶν ἐντολῶν μου. 1 Reg. 2, 27. καὶ ὐκ ἤκουον τῆς φωνῆς τοῦ πατρός. 1 Reg. 8, 19. ὐκ ἐβούλετο ὁ λαὸς τοῦ ἀκοῦσαι τοῦ Σαμουήλ. Ps. 80, 9. καὶ ὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς. Hinc iure meo verba Io. 8, 47. ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ακούει, ita interpretor: qui e Deo est, filius Dei, obedit Dei verbis. Iac. 1, 19. ταχὺς εἰς τὸ ακοῦσαι est, qui promte obedit.

Ἀλήθεια est vera doctrina: Ps. 39, 13. τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα. Ps. 88, 12. μὴ διηγήσεταί τις τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἀπωλείᾳ, Ps. 89, 1. εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου. Ps. 118, 30. ὁδὸν ἀληθείας ἡρετισάμην. Illustrant haec dicta varia effata N. T. Io. 8, 32. ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς· vera doctrina vos liberos

liberos faciet. Matth. 22, 16. similis loquendi formula occurrit: τὴν ὁδὸν τῦ Θεῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις. Similis phrasis est Gal. 2, 5. 14. ἵνα ἡ ἀλήθεια τῦ ἐυαγγελίυ διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς· ἶδον ὅτι ὐκ ὀρθοποδῦσιν πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῦ ἐυαγγελίυ.

Ἀλήθεια est sanctitas: Ps. 85, 10. καὶ πορεύσομαι ἐν ἀληθείᾳ συ. Prou. 28, 6. κρεῖσσον πτωχὸς πορευόμενος ἐν ἀληθείᾳ. Sic de diabolo Christus asserit Io. 8, 44. ὁ διάβολος ἐν τῇ ἀληθείᾳ ὐκ ἔστηκεν· in veritate non subsistit, a sanctitate quam longissime est remotus. Sic Eph. 4, 21. ἐν τῷ Ἰησῦ ἀλήθειά ἐστιν commode interpretamur: Iesus sanctitatem requirit.

Ἀληθεύω, vera loquor: Gal. 4, 16. ὥστε ἐχθρὸς ὑμων γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν. Sic Gen. 42, 16. ἕως τῦ φανερὰ γενέσθαι, εἰ ἀληθεύετε, ἢ ὐ. Veritatem sector: Eph. 4 15. ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ· Sectamini veritatem in caritate. Hanc potestatem vocis

illustrat,

illustrat Prou. 21, 3. ποιεῖν δίκαια καὶ ἀληθεύειν ἀρεστὰ παρὰ Θεῷ μᾶλλον ἢ θυσιῶν αἷμα. Liquet, ἀληθεύειν idem esse ac veritatem sectari, iuste agere, quia Salomonis verba ebraica graecis haec respondent: עֲשֹׂה צְדָקָה וּמִשְׁפָּט נִבְחָר לַיהוָה מִזָּבַח:

Ἀλλὰ, sane: Iob. 32, 8. ἀλλὰ πνεῦμά ἐστιν ἐν βροτοῖς. Sic 2 Cor. 7, 11. Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ὑμῖν σπουδήν; ἀλλὰ ἀπολογίαν· sane defensionem effecit, quin immo defensionem effecit.

Ἁμαρτία est sacrificium pro peccato: Leu. 4, 21. ἁμαρτία συναγωγῆς ἐστιν. Leu. 4, 33. ἐπιθήσει τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ τῆς ἁμαρτίας. Leu. 5, 9. ἁμαρτία γάρ ἐστι. Sic Christus ἁμαρτία vocatur 2 Cor. 5, 21. τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ· expertem peccati hominum caussa voluit esse sacrificium pro peccato, vt per eum iusti a Deo pronunciaremur. Miror, doctissimum

ctiſſimum quendam interpretem hunc parallelismum neglexiſſe, qui Pauli verba ita interpretatur: Deus Ieſum fecit peccatorem. Ἁμαρτία enim, vſu loquendi teſte, potius hoc loco ſacrificium pro peccato eſt quam peccator. Neque confirmat interpres locis parallelis et vſu loquendi ſuam ſententiam.

Eodem modo περὶ τῆς ἁμαρτίας eſt ſacrificium pro peccato Leu. 4, 3. προσάξει μόσχον ἐκ βοῶν ἄμωμον τῷ κυρίῳ περὶ τῆς ἁμαρτίας. v. 28. οἴσει χίμαιραν ἐξ αἰγῶν, θήλειαν ἄμωμον οἴσει περὶ τῆς ἁμαρτίας, ἧς ἥμαρτε. v. 32. ἐὰν δὲ πρόβατον προσενέγκῃ τὸ δῶρον αὐτοῦ περὶ τῆς ἁμαρτίας. Illuſtrant haec effatum Pauli Rom. 8, 3. Θεὸς τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ πέμψας περὶ ἁμαρτίας. Deus miſit filium ſuum vt ſacrificium pro peccato.

Ἄνθρωπος Θεοῦ est propheta Iud. 13, 8. 1 Reg. 2, 29. C. 9, 6. 7. 8. 10. 3 Reg. 13, 1. 4. 5. 6. 4 Reg. 4, 16. 22. Pſ. 89, 1. Cum prophetae ſint doctores, iure noſtro hinc illuſtramus verba Pauli, 2 Tim. 3, 16. 17. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδίαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος πρὸς πᾶν ἔργον ἐξηρτισμένος, vt idoneus ſit ad omne munus, quo debent fungi doctores.

Ἀνίστημι eſt excito 3 Reg. 14, 14. καὶ ἀναστήσει κύριος ἑαυτῷ βασιλέα. 4 Reg. 9, 2. Ἀναστήσεις αὐτὸν ἐκ μέσου τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Ier. 23, 4. καὶ ἀναστήσω αὐτοῖς ποιμένας. Ier. 30, 9. καὶ τὸν Δαβὶδ βασιλέα αὐτῶν ἀναστήσω αὐτοῖς. Sic Act. 2, 30. ὁ Θεὸς ὤμοσε τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν.

Eodem

Eodem modo Act. 13, 32. ἀναστήσας Ἰησοῦν significat: Iesum excitans.

Ἀντὶ, vice alicuius, loco alius: Ier. 11, 17. ἐπὶ σὲ κακὰ ἀντὶ τῆς κακίας οἴκου Ἰσραὴλ. Ἀντὶ Θεοῦ ἐγώ εἰμι, Gen. 30, 2. Gen. 44, 4. τί ὅτι ἀντ-απεδώκατε πονηρὰ ἀντὶ καλῶν. Ex. 21, 23. δώσει ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, χεῖρα ἀντὶ χειρὸς, ποδα ἀντὶ ποδὸς, κατάκαυμα ἀντὶ κατακαύματος, τραῦμα ἀντὶ τραύματος, μώλωπα ἀντὶ μώλωπος. Hinc iure nostro asserimus, vice nostrûm, loco hominum Christum mortuum esse. Nam ita de se loquitur: Matth. 20, 28. ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λυτρον ἀντὶ πολλῶν.

Ἀντιλαμβάνω, opitulor: Luc. 1, 54. ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτῦ. Hanc interpretationem vsus loquendi confirmat. Pſ. 88, 42. καὶ ὠκ ἀντελάβω αὐτῦ ἐν τῷ πολέμῳ. Ez. 12, 14. καὶ πάντας τὺς ἀντιλαμβανομένυς αὐτῦ. Pſ. 117, 13. καὶ ὁ κύριος ἀντελάβετό μυ. Prou. 11, 28. ὁ δὲ ἀντιλαμβανόμενος δικαίων.

Ἀπαρχὴ, primitiae Rom. 8, 23. τὴν ἀπαρχὴν τῦ πνεύματος ἔχοντες, nos, qui praecipua dona ſp. ſ. habemus, quos ſp. ſ. in maiore quam reliquos menſura accepiſſe certum eſt. Similis eſt phraſis Ez. 20, 31. ἐν ταῖς ἀπαρχαῖς τῶν δομάτων ὑμῶν, ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς οἷς ὑμεῖς μιάινεσθε ἐν πᾶσι τοῖς ἐνθυμήμασιν ὑμῶν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, καὶ ἐγὼ ἀποκριθῶ ὑμῖν οἶκος τῦ Ἰσραὴλ; Facile concedi poſſe liquet ἀπαρχαῖς τῶν δομάτων idem eſſe ac praecipuis donis.

Ἀπερί-

Ἀπερίτμητος, incircumcisus. Act. 7, 51. ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, incircumcisi auribus et corde, qui in foedere cum Deo non estis quoad mentem et aures, qui Deo non obeditis, adeoque ei non placetis, vti ii, qui non sunt circumcisi. Illustrant hoc effatum verba Pauli. Ier. 9, 26. πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητοι καρδίαις αὐτῶν.

Ἀπόλλυμι, perdo, amitto; ἀπόλλυμαι, pereo. Ps. 1, 6. καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. Ps. 2, 12. μήποτε ὀργισθῇ κύριος καὶ ἀπολεῖσθε. Ps. 5, 7. ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Ps. 36, 20. ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται. Sic ii, qui pereunt, qui aeterna salute se priuant ἄπιστοι, vocantur οἱ ἀπολλύμενοι, 2 Cor. 4, 3. εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. 1 Cor. 1, 18. τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μω-

ρία ἐστὶ, incredulis pro stulta concione habetur. 2 Pet. 3, 9. μὴ βϐλόμενός τινας ἀπολέϑαι.

Ἀποσκληρύνω, seuere agere, minus benigne tractare. Iob. 39, 16. ἀπεσκλήρυνε τὰ τέκνα αὐτῆς, non magnopere curat, negligenter habet pullos suos. Hoc effatum illustrat Rom. 9, 18. ὃν δὲ ϑέλει σκληρύνει. Τῷ σκληρύνειν opponitur ἐλεεῖν· quod cum sit libere, bene facere, lex oppositionis efflagitat, vt σκληρύνειν sit minus benigne facere. Linguae indoles confirmat hanc interpretationem. Nam הקשׁה minus benigne tractare notat, cui respondet ἀποσκληρύνειν, vti allegatus locus docet, nec non σκληρύνειν, Es. 63, 17. τί ἐπλάνησας ἐσκλήρυνας τας καρδίας ἡμῶν. Cogitur ex his omnibus, Paulum a sententia eorum longissime alienum, qui auctorem peccati Deum esse volunt. Apparet, philolo-

logiam esse haeresium obicem. Consentit cum his, quae in medium attuli, 2 Paral. 10, 4. ἐσκλήρυνε τὸ ζυγὸν, quod notat: iugum esse durum voluit.

Ἀρετὴ, decus, gloria, הוֹד. Si Deo tribuitur ἀρετὴ, honor, quem ei debemus, notatur: Es. 42, 8. δόξαν μου οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς· compages attributorum diuinorum, cuius caussa eum colimus: Es. 42, 12. ἀρετὰς αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις ἀπαγγελοῦσιν· Dei attributa in insulis annunciabunt. C. 63, 7. τὸν ἔλεον κυρίου ἐμνήσθην, τὰς ἀρετὰς κυρίου· Misericordiam Dei recordabar, attributa Dei glorioſa. Haec oracula confirmant interpretationem 2 Petr. 1, 3. τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, qui vos per glorioſa ſua attributa, inprimis benignitatem glorioſam, vocauit. 1 Petr. 2, 9. ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε, vt praedicetis glorioſa Dei attributa.

Ἀρχὴ est initium rerum conditarum. Gen. 1, 1. ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ps. 101, 26. κατ' ἀρχὰς σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας. Hinc iure nostro, indole linguae ita flagitante, interpretamur Io. 1, 1. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. In initio rerum conditarum ante creationem orbis erat verbum.

Ἀρχὴ est princeps, Gen. 1, 16. φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός. Hinc illustrari potest Luc. 12, 11. 20, 20. εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ, ad tradendum eum magistratui. Rom. 8, 38. ἀρχαὶ sunt archangeli, principes reliquorum. Eodem iure non, vt vult Schöttgenius et Krebsius, magistratus politicus notatur, sed angelorum cohors, Eph. 1, 21. Deus Christum ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρα-

ἐπουρανίοις ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν μέλλοντι. Facile apparet, languere orationem Pauli, neque secum consentire, si ἀρχὴ καὶ ἐξουσία ἐν τοῖς ἐπουρανίοις esset magistratus politicus, non cohors angelorum, qui principes ob potentiam vocantur.

Ἀσθενὴς, אֶבְיוֹן, egenus. Prou. 31, 9. διάκρινε δὲ πένητα καὶ ἀσθενῆ. Prou. 21, 13. Φράσσει τὰ ὦτα τοῦ μὴ ἀκοῦσαι ἀσθενοῦς. Translate, qui donis animi caret: Rom. 14, 1. τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε. v. 2. ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. Hinc ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων sunt facta eorum, qui robore fidei carent, qui erroribus et insciția laborant, qui certi non sunt licere sibi cibis vesci, quibus alii fideles prouectiores vescuntur.

Ἀσθενὴς est afflictus, Iob. 36, 15. ἀνθ' ὧν ἔθλιψαν ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατον. Ez. 34, 20. καὶ ἀνὰ μέσον προβάτου ἀσθενοῦς. Ps. 6, 2. ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. Ἀσθένειαν hinc commode calamitatem, miseriam vocamus. 2 Cor. 11, 30. locum haec habet significatio: εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι. Nam calamitatum suarum mentionem fecerat inde a commate 23. vsque ad 27. Neque non facit mentionem earum 31-33.

Ἀφίημι, remitto: ἀφίημι τὴν ἁμαρτίαν, remitto peccatum. Ies. 22, 14. ὅτι οὐκ ἀφεθήσεται ὑμῖν αὕτη ἡ ἁμαρτία. Gen. 4, 13. μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Gen. 50, 17. ἄφες αὐτοῖς τὴν ἀδικίαν. Ex. 32, 31. εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν. Ps. 24, 19. καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. Ps. 31, 1. μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. v. 6.

καὶ

καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσεβειαν τῆς καρδίας. Pſ. 84, 2. ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ σε. Ieſ. 33, 24. ἀφεθῇ γὰρ αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία. Leu. 19, 22. καὶ ἀφεθήσεται αὐτῷ ἡ ἁμαρτία αὐτε. Hunc vſum loquendi ſequitur N. T. Sic enim orare Chriſtus iubet, Matth. 6, 12. Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Sic docet idem optimus ſeruator hominum v. 14. ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐράνιος· ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Nec alio ſenſu Matth. 9, 2. dixit benignus mediator: Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σε. Senſus promiſſionis Chriſti eſt: Veniam tuorum criminum accepiſti. Hinc ἄφεσις ἁμαρ-

ἁμαρτιῶν est remissio peccatorum, Matth. 26, 28. Marc. 1, 4. Luc. 1, 77. 3, 3. 24, 47.

B.

Βαπτίζω. 2 Reg. 5, 14. καὶ κατέβη Ναιμὰν καὶ ἐβαπτίσατο ἐν τῷ Ἰωρδάνῃ ἑπτάκις. Descendit Naeman et septies est lauatus in Iordane. Baptizatur rite, qui aqua lauatur. Non est necesse, vt sub aquam mergatur. Baptizari enim hoc loco est largiter lauari, vt comma 13. ostendit: εἶπε πρός σε· λοῦσαι καὶ καθαρίσθητι. Consentit comma 12. οὐχὶ ἀγαθὸς Ἀβανὰ καὶ Φαρφὰρ ποταμοὶ Δαμασκοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ ὕδατα Ἰσραὴλ; οὐχὶ πορευθεὶς λόσομαι ἐν αὐτοῖς, καὶ καθαρισθήσομαι; Hinc illustrari possunt verba illa notissima Matth. 28, 19. Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύμα-

πνεύματος. Satis huic ergo mandato Christi faci-
mus, si paruulos lauamus, qui baptizantur, nec sub
aquam mergimus.

Βασιλεία notat 1. tempora Messiae et N. T. Matth. 3, 2. 4, 17. 10, 7. Ἤγγικε ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· Messias venit. 2. notat regnum gloriae, in quo aeterna fruemur felicitate, Matth. 7, 21. οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Matth. 25, 34. τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ps. 144, 13. Consentit cum his effatis vaticinium Dan. 3, 33. ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνιος. Dan. 7, 14. ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. v. 18. καὶ παραλήψονται τὴν βασιλείαν ἅγιοι ὑψίστου. v. 22.

καὶ

καὶ τὴν βασιλείαν κατέσχον οἱ ἅγιοι. v. 27. καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἐξουσία ἁγίοις ὑψίστου ἐδόθη, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνιος. 3. βασιλεία est regnum gratiae, Obd. 21. καὶ ἔσται τῷ κυρίῳ ἡ βασιλεία. Pſ. 44, 8. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Conſentiunt cum his vaticiniis oracula N. T. Rom. 14, 17. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Spiritualia et aeterna bona promittit ergo Deus, dum βασιλείαν Θεοῦ, βασιλείαν Χριστοῦ promittit. Has tres notiones locutionis מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם in ſcriptis Iudaeorum etiam inueniri, Schoettgenius oſtendit in diſſertatione de regno coelorum, Horis Hebr. ſubiecta, et de Meſſia, l. 1. p. 22. 23.

Βέβηλος, profanus. Ebr. 12, 16. μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέ-

δοτο

δοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτῦ. Dum vendidit iura primogenituraе, quae Chriſtum ſpectabant, promiſſiones de Chriſto ſe ſpernere oſtendit, impietatemque ſuam prodidit. Sic βέβηλος profanus eſt 1 Tim. 1, 9. C. 4, 7. 6, 20. 2 Tim. 2, 16. Conſentit linguae indoles, vti Leu. 10, 10. docet, διαϛεῖλαι ἀναμέσον τῶν ἁγίων καὶ τῶν βεβήλων, ad diſtinguendum ſacra a profanis. Ezech. 22, 26. ἀνὰ μέσον ἁγίϖ καὶ βεβήλϖ ϗ διέϛελλον. C. 21, 25. καὶ σὺ βέβηλε, ἄνομε, ἀφηγύμενε τῦ Ἰϛραὴλ, ϧ ἥκει ἡ ἡμέρα ἐν καιρῷ ἀδικίας πέρας.

Βεβηλόω, profano, contamino. Act. 24, 6. ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι. Sic Leu. 19, 8. ὅτι τὰ ἅγια κυρίϖ ἐβεβήλωϭε. Matth. 12, 5. τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλῦϭι. Catachreſtice loquitur Seruator: Profanant Sabba-

Sabbatum, hoc est, laborem peragunt Sabbato. His gemina sunt verba, Iesaj. 56. 2. Φυλάσσων τὰ σάββατα μὴ βεβηλῶν. Ez. 22, 8. καὶ τὰ σάββατά μου ἐβεβήλωσαν. Similes sunt phrases Ps. 54, 23. ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ. Ier. 16, 17. ἁμαρτίας ἐφ' αἷς ἐβεβήλωσαν τὴν γῆν μου.

Βιάζω est, vi quadam irrumpo in locum quendam. Exod. 19, 24. καὶ ὁ λαὸς μὴ βιαζέσθωσαν ἀναβῆναι πρὸς Θεόν. Illustrantur his verbis effata Christi, Matth. 11, 12. ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται. Homines summo studio in regnum coelorum ingredi nituntur. Βιάζεσθαι de summo studio conandi et nitendi optimis Graecis adhibetur, vide Krebs. Obs. Flau. ad Matth. 11, 12. Consentit 2 Macc. 14, 41. τῶν δὲ πληθῶν μελλόντων τὸν πύργον καταλαβέσθαι καὶ τὴν αὐλαίαν θύραν βιαζομένων.

Βλασφη-

Βλασφημέω, Deum conuicior. Matth. 9, 3. ὗτος βλασφημεῖ· Hic Deum conuiciatur. C. 26, 65. Marc. 3, 28. 29. Io. 10, 36. Conſent. 4 Reg. 19, 6. λόγων ὧν ἐβλασφήμησαν εἰς ἐμὲ τὰ παιδάρια. v. 22. καὶ τίνα ἐβλασφήμησας; Iesſ. 52, 5. ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Ad hunc alludit locum Rom. 2, 23. 24. ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις; Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καθὼς γέγραπται.

Βραβεύω, certaminum arbiter et moderator ſum. Ioſ. Ant. IX. 1. 1. et B. I. V. 12. 2. Conſentiunt verba Sap. Sal. 10, 12. διεφύλαξεν αὐτὸν ἀπὸ ἐχθρῶν, καὶ ἀπὸ ἐνεδρευόντων ἠσφαλίσατο, καὶ ἀγῶνα ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν αὐτῷ, ἵνα γνῷ, ὅτι παντὸς δυνατωτέρα ἐστὶν εὐσεβεια. Hoc illuſtrat

Col. 3, 15. ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω· Pax Dei imperet in animis vestris.

Γ.

Γάμος, מִשְׁתֶּה, conuiuium. Gen. 29, 22. συνήγαγε δὲ Λαβὰν καὶ ἐποίησε γάμον. Esth. 2, 18. καὶ ὕψωσε τὰς γάμους Ἐσθήρ. C. 9, 22. ἄγειν ὅλον εἰς ἀγαθὰς ἡμέρας γάμων καὶ εὐφροσύνης. Sap. 13, 17. περὶ γάμων. Tob. 6, 11. ποιήσομεν τὸν γάμον. 1 Macc. 9, 37. ποιοῦσι γάμον μέγαν. Hinc illustrari possunt verba parabolae Matth. 22, 2. ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Interpretes, qui scopum parabolae totumque nexum eius probe perspiciunt, γάμους conuiuium esse volunt, nec nuptias, indole linguae optime consentiente.

Γενεὰ

Γενεὰ est aetas. Gen. 7, 1. ὅτι σὲ εἶδον δίκαιον ἐναντίον μϰ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ· Te iustum cognoui in hac aetate. C. 15, 16. τετάρτῃ δὲ γενεᾷ ἀποϛραφήσονται ὧδε· Quarta vero aetate huc redibunt. Deut. 23, 3. καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς ϰ̀ εἰσελεύσεται εἰς ἐκκλησίαν κυρίϣ, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· vsque ad decimam aetatem in Dei ecclesiam non intrabit, immo vsque ad aeternitatem. Hinc aetatem iure nostro intelligimus Matth. 24, 34. ϰ̀ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται· Hac aetate incipient haec accidere. Act. 2, 40. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης· Eripite vos e consortio peruersorum hominum hac aetate viuentium. Act. 13, 36. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τϑ Θεϑ βϰλῇ ἐκοιμήθη· Cum suae aetati seruiisset Dauid mortuus est, Deo ita volente. Tandem Matth. 1, 17. πάσαι γενεαὶ sunt

תלדות, spatia, quae interiacent duas sibi inuicem succedentes natiuitates.

Γὰρ coniunctio quidem est caussalis, sed rationem praecedentis propositionis non semper reddit. Non semper est reddendum *nam*, *enim*; sed praeter hanc vulgarem significationem habet alias, easque perelegantes, notatque: sane profecto Io. 9, 30. ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστι· Sane in hoc res admiranda videtur. Respondet אֲבָל huic vocabulo γὰρ, Iesa. 45, 15. σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. Non semper antecedere propositionem, cuius reddenda ratio sit, hanc particulam γὰρ, ostendunt haec dicta: Act. 19, 35. τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; Principium haec verba orationis paullo concitatioris continent. Act. 2, 15. οὐ γὰρ ὡς ὑμεῖς μεθύουσιν. Exordium orationis Petri haec sequuntur

quuntur verba; omissa est propositio confirmanda: Multum fallimini. Eodem modo iudicandum est de quaestione Pilati, Matth. 27, 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; Supplenda est propositio: Non possum condemnare Iesum. Hic mos loquendi illustratur confirmaturque Iob. 19, 23 sqq. τίς γὰρ ἂν δοίη γραφῆναι τὰ ῥήματά μου, τεθῆναι δὲ αὐτὰ ἐν βιβλίῳ εἰς τὸν αἰῶνα; ἐν γραφείῳ σιδηρῷ καὶ μολίβῳ, ἢ ἐν πέτραις ἐγγλυφῆναι; οἶδα γὰρ ὅτι ἀέναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων, ἐπὶ γῆς ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλῆν ταῦτα· παρὰ γὰρ κυρίου ταῦτά μοι συνετελέσθη. Lumen verbis Pauli haec obseruatio accendit, quae legimus Rom. 9, 14. 15. τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Sic occurrit aduersarius Paulo. Respondet Paulus: μὴ γένοιτο. Hanc responsionem respicit sequens γὰρ. Hoc γὰρ non obiectionem, vti vult Heumannus et

Bruckerus, respicit. Nam nunquam γὰρ ita vsurpatur post: μὴ γένοιτο. Repugnat etiam, quod tum Paulus huic obiectioni non respondisset. Nam v. 19. statim sequitur alia obiectio. Sunt ergo Pauli verba: Τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει· ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. Particula γὰρ respicit supplendam propositionem: Est hoc ius diuinum, vt possit pro arbitrio distribuere sua beneficia. Hanc propositionem confirmant verba Mosis: ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. Obseruanda est exergasia — Sensus dicti est: Beneficia mea sunt libera. Caussa pro effectu, Misericordia pro beneficiis est a Paulo nominata.

Μὴ γένοιτο, חָלִילָה, absit, quod loco allato Rom. 9, 14. occurrit, obuium est in interpretatione LXX interpretum: Gen. 44, 7. μὴ γένοιτο τοῖς παισί σε ποιῆσαι. v. 17. μή μοι γένοιτο ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο.

τῦτο. Ioſ. 22, 29. μὴ γένοιτο ἔν ὑμᾶς ἀποστῆναι ἀπὸ κυρίȣ.

Γινώσκω, amo. Pſ. 1, 6. ὅτι γινώσκει ὁ κύριος ὁδὸν δικαίων· Mores piorum amat Deus. Pſ. 37, 18. γινώσκει κύριος τὰς ὁδὰς τῶν ἀμώμων. Hoſ. 2, 22. ἐπιγνώσῃ τὸν κύριον, amabis Deum. Haec dicta illuſtrant effata N. T. Io. 10, 14. γινώσκω τὰ ἐμά· Amo meas oues; γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν· Amor ab ouibus meis. 1 Cor. 8, 3. εἰ δὲ τὶς ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, ȣ̓τος ἔγνωσται ὑπ' ἀυτȣ̃· Qui Deum amat, viciſſim ab eo amatur. Gal. 4, 9. νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεȣ̃, a Deo amati. 2 Tim. 2, 19. ἔγνω κύριος τȣ̀ς ὄντας ἀυτȣ̃. Benefecit Deus iis, qui ſunt ipſius. Matth. 7, 23. τότε ὁμολογήσω ἀυτοῖς, ὅτι ȣ̓δέποτε ἔγνων ὑμᾶς· Nunquam ego vos amaui.

oluendum νόμον καὶ προφήτας,
diuinam Legis et Prophe-
em eſt (§. VIII.), omnium
Vet. Teſtamenti adſtruat?
et Prophetas impleturum:
cum legi perfectiſſime ſatis-
e ipſo Prophetarum vatici-
acta ſunt. Ne tamen, quae
nentur, poſthac reputentur
, multum a ſe abeſſe ait,
vero nunquam ſunt abolen-
umentum eorum ad omne
etuo ſpectet; adeoque Li-
audeant canonica.

. XV.

is Redemtoris Sapientiſſimi
cuius ſuperius ex parte men-
iempe a vaticiniis Vet. Te-
auca adhuc addere liceat.
et VIII.) e verbis Chriſti,
prolata in omnibus Libris
Quod ſi ita ſe habet; ne-
omnes illos Libros a Deo
ra enim contingentia, prae-
n, praeſignificare poſſe ne-
im eſt, quam quod maxi-
s hi Libri a Deo ſunt in-
s Chriſti verbis adſerta eſt
onica. Non refragamur,
alia aliis eſſe clariora; alia
is ad Chriſtum collineare;
quaſi monſtrare digito, alia
ire figuris; alia ex ipſis nar-